


**3613** fragmentum marmoreum. Tibure rep. a. 1764 BIANCH., rep. in colle Tiburtino extra portam Romanam SANCLEM., inter villam Hadriani et viam Tiburtinam pari fere intervallo IDEM SANCLEM., provocans ad schedas Mauri Sarti. Deinde fuit Tibure in cavaedio domus Boschi, ubi vidit etiam BORGHESI (opp. 8 p. 126). Anno 1828 ex aedibus Boschi Tiburtinis Romam translatum FEA. Romae antea in Vaticano, deinde in Laterano inter reposita, nunc auctore Rossio nostro (cf. *bull. crist.* 1877 p. 6) propositum in museo christiano Lateranensi.



Descripserunt Mommsen et Henzen. Isid. Bianchi misit Lamio d. 25 Apr. 1765 (bibl. Riccard. *lettere* vol. 12), unde edita est *Novelle Fiorentine* 1765 p. 355 (inde Donati 464, 3); Henr. Sanclementius de vulgaris aerae emendatione (Romae 1793) p. 414 adhibitis schedis Mauri Sarti; Fea sched. f. 174; Mommsen apud Richardum Bergmann 'de inscriptione Latina ad P. Sulpicium Quirinum referenda' (Luckau 1851) p. IV; Henzen in *ephemeride archaeologica Berolinensi ann. IX (1851)* p. 303, syll. 5366 cum add. p. 496.

Elogii hoc fragmentum ad Sulpicium Quirinum cos. ordinarium a. 742 rettulit Sanclementius, cui opinioni adstipulati sunt Borghesius in epistulis compluribus datis ad Henzenum (opp. 8 p. 126 seq. 493 seq.) et ipse Henzenus ad Orell. vol. III p. 496; eam, cum deinde diversas opiniones protulissent Huschkius et Richardus Bergmann eumque secutus Zumptius, ille cogitans de Agrippa, hi de Sentio Saturnino, pluribus defendit et firmius stabilivit Mommsenus commentario 'de P. Sulpicii Quirinii titulo Tiburtino' (in *Monumenti Ancyrae* ed. I p. 111 seq., ed. altera p. 161 seq.).

Adscripsi formam tituli qualis fuisse potest ex sententia Mommseni: [P. Sulpicius P. f. Quirinius cos., . . . . .; proconsul Cretam et Cyrenas provinciam optimuit . . . . .; legatus pr. pr. divi Augusti Syriam et Phoenicen optimens bellum gessit cum gente Homonadensium quae interfecerat Amyntam r]egem, qua redacta in pot[estatem imp. Caesaris] Augusti populique Romani senatus dis immortalibus] supplicationes binas ob res prosp[ere gestas et] ipsi ornamenta triumph[alia decrevit]; pro consule Asiam provinciam op[tinuit]; legatus pr. pr.] divi Augusti [i]terum Syriam et Phoenicen optimuit].

**3614** basis marmorea. Rep. Tibure cum n. 3533 una cum ea adservatur.

M · TINEIO · OVINIO  
L · F · ARN · CASTO · PVLCRO  
C · V · PONT · MAIORI ·  
Q · VRB · PR · K · COS .  
5 S · P · Q · T  
FILIO · PATRONI  
NEPOTI · PATRONORVM

Recognovi. Stan. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 14. 55 (inde Henzen syll. n. 5954) et apud Borghesium opp. 8 p. 334.

**3615** rep. anno 1836 supra Tibur in fundo Borghesiorum Marcellina. Quo postea per venerit ignoratur.

..VTTIEDIO · L · F  
AFRO AVGVR  
COS · DESig  
CARTHAGINII  
5 PATRON

Kellermann *bull. dell' Inst.* 1837 p. 21 nescio unde acceptam; aliud exemplum habuit Borghesi, unde varias lectiones posuit in epistula ad Bettium data d. 11 Febr. 1857 (opp. 8 p. 567).

1 in. deesse aliquid non adnotatur. — VTTIEDIO Kell., VTTIEDIO exemplum Borghesio missum. — 3 DESC Kell., DESC Borgh. — 4 ser. CARTHAGINIENSES.

Borghesius *bull. napol.* 4 (1846) p. 58 = opp. 8 p. 8 coniecit hunc esse Tedium (sic enim traditur) Afrum, quem cum consul designatus esset mortem sibi consivisse narrat Suetonius Aug. c. 27.

**3616** fragmentum tabulae marmoreae. Rep. Tibure anno 1836 a dextra Anienis ante cuniculos novos effossionibus institutis lungo il muro reticolato sostenitore della via Valeria, eo fere loco ubi prodierat n. 3674 VIOLA. Extat in hortis publicis muro insertum.

R · A · D  
NO · COS · II  
NO · COS

Descripsimus Mommsen ego Gatti. Massimo *relazione* p. 385 n. 47 et p. 386 n. 56; St. Viola decennio p. 50.

1 in. XA Viol.

**3617** fragmentum altum palm. 1, 35, latum 2, 3. Prope Tibur loco dicto *Colle-Nocello* in fundo Coccinari inter rudera de quibus dixit ad inscriptionem A. Caelii A. f. (infra n. 3734) repperit VIOLA. Ego frustra quae-sivi; sed dicitur extare.

..... GAI .. . . . .  
... uespasiani · ET · TITI · I ...  
..... LEGAT · LEG · VI · FErratae  
proconsul prouinciae · SICILIAE · P ...

St. Viola *giornale arc.* 125 (1851) p. 169.  
Supplementa quae adscripsi pleraque sunt  
Violae;

**3618** lapis ingens rep. modo iuxta arcem Tiburtinam ubi per autumnum follem agitare dudum nobiles sem(inarii) Rom. convictores consueverunt VVLP.; lapis Tiburtinus qui pro operculo est aqueductui publico ad har-pastum seminarii Romani LVP.

TAMVLIVS · I  
PONTVFEX

Lupi cod. Vat. 9143 f. 16', qui vidit; Vulpi Lat. 10 p. 153 descriptam, ut dicit, a Lesleo (inde huius Corp. vol. I n. 1122).

**3619** fragmentum marmoreum crassum centim. circiter 6 litteris bonis centim. 3 $\frac{1}{2}$ . Tibure in aedibus ubi habitabat Viola.

praeF · AER · SATurni  
I · E · C

Descripsi.

**3619a** fragmentum marmoreum crassum centim. circ. 6 litteris bonis centim. 3 $\frac{1}{2}$ . Tibure in aedibus ubi habitabat Viola.

AED  
adlecto inter praETORIOS  
FRV

Descripsi.

**3620** Tibure apud Violam.

.....  
... ISIVI ...  
... trIB · LATiclavio ...  
.....  
.....

St. Viola *giorn. arc.* 118 (1850) p. 261.

## XXX. TIBVR (p. 365). -

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinum et Sanlementum (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61t). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sartio in aedibus Boschi.

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), 'in vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienem'.

ad n. 3581. Integrarum exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157a: FORTVNAE AVGSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | III VIR AEDILIS · III VIR | IVR · DIC · III · QVINQ | QVAESTOR · III cet. Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re errasse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae 'apud Blasii [?] lapidicidam' (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM scribe ET · EXSEDRAM.

ad n. 3679. Idem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 4 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

**4234—4267** anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villa Maecenatis, effossionibus institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorelli *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

**4234** parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
I AZEMIS · Q · Q ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus 5 CODICARIVS · ITEM
MERCATOR
FRVMNTARIVS
INVICTO
HERCVLI
10 EX VOTO · D · D ·

votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

**4235**

liber[ALITATES] · PVL
imp. caes. TRAIANI · HADRIANI augusti pont. max
trib. pot. x · COS · III · P · P · IMP · p. ii
erg A · PRO· inciam HISPANIAM BAETICAm
III · ID · AVG · Q · Aquilio nigro m. REBILo APRONIANO · COS · IN · A
HII · K · IAN l. tutilio luperco p. calpu[NIO] · ATILIANO · COS

a. 117  
a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descriptis Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 p.

Agitur, ut dixi ad n. 3577, 'de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlati', verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium suscepere — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet pub[lice] vel pub[lcae] cogitari potest etiam de pue[ris puellisque], ut significetur institutio alimentaria.

**4236** fragmentum cippi.

ca[er]e[r]  
tox

Descriptis Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

**4237** basis marmorea.

NV · ACILIO · NV · F · GAL ·

GLABRIONI

CN · CORNELIO · SEVERO

COS ·

5 PONTIFICI · II · VIR · A · A · A · F · F ·  
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·  
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS  
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·  
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·  
10 AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR  
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PI  
prAETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVR  
patRONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNATO

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patet. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.